

1.

2.

3.

4.

5.



1767.

- * 1. Ackermannus : Rhapsodia quaestionum in foro
justicie obviencionum neque lenem legibus deci-
sam . Collectio 14. Programma, quo ordinarius
senior ratiocinique faciliatis p[ro]f. anniversari
memoriam Ackermannianam indicavit .
- 2 * Bornius : Rhapsodia quaestionum in foro
justicie obviencionum neque lenem legibus deci-
sam . Collectio 17. Programma, quo ordinarius
senior ratiocinique fac. p[ro]f. anniversari
memoriam Bornianam indicavit .
3. * Hermannus, Christianus Gorpetus : Rhapsodia
quaestionum in foro justicie obviencionum
neque lenem legibus decimas . Collectio 16.
Programma, quo p[ro]f. iur. Salernia Doctorale
Christianus Gorpetus Hermannus indicavit .
4. Breuning Christianus H[ab] : De jure reguliarum
partes monstrans
5. Breuning Christianus H[ab] : De usu ex mera in
donatione .

1767.

6. Breuning, Christianus Huc : De physione
non liberato, & remuneratore beneficij ordinis
facta prius conservatus debito.

7. Breuning, Christianus Huc : De renuntiatio
hereditatis paternae generalis continet
quaque renuntiationem legitimam

8. Breuning, Christianus Huc : De institore obligan-
ti hereditum ante eisdem hereditatem praeponeat
Tis ad cap. 1753. D. de inst. actione.

9. Breuning, Christianus Huc : De falsa praesumptione
libertatis rusticorum a cum et operis.

10. Breuning, Christianus Huc : De restitutione integrum
frumentis in causa minoris.

11. Breuning, Christianus Huc : De causarum decisionibus
en arguents legis

12. Breuning, Christianus Huc : De honorario iustis inferendum
usuarium publico

1767.

13. Breuning, Christianus Henr.: In reperenda dos
et ob alimenta patris agenti praestanda?
14. Breuning Christianus Henr.: De iure miscabitis
compositionis in life.
15. Breuning, Christianus Henr.: Specimes continens Co-
pus juris controversum ad cap. 28. Ieronimae
actione.
16. Breuning, Christianus Henr.: Specimes continens capitu-
lum controversium ad legem Iactorianam.
17. Breuning, Christianus Henr.: In filius naturae
arrogatur post legitimatus?
18. Breuning, Christianus Henr.: In acquisita ueroris sint
mariti?
19. Breuning, Christianus Henr.: De date p[ro]p[ri]etate, que ex tra-
patris possessione nupst.
20. Breuning, Christianus Henr.: An propositio de tractione
Falsidice excludat pactum cum legatario loca
detraheantur.

- 1767.
21. Jan Stibas, Jacobus Thomas: De actionibus familiis
praejudicialebus.
22. Hermannus, Christianus Gottfridus: De curiose Impre-
gatione et regam Germanorum et Romanorum ex-
cunigual & comitiss imperii differentia.
23. Kruhnen, Christopherus Wilhelmus; iur. praelectoratus:
De recognitione personarum et rerum per testes.
Programma, quo inaugurations dictationem
Gottfridi Ferdinandi Lindemann adserit.
24. Lindemann, Gottfridus Ferdinandus: De translatione
fundorum ad clericos.
25. Kochmann, Gustavus Fridericus: Observaciones ad
successioneum fundalem in paronia electorali
spectantes.
26. Play, Antonius Guilielmi; or. med. pro-
cellaria: De signis mortis attente caplo
etiam. Programma, quo panegyris medicinae
Gustavi Delleri Brutting indicit.

1767.

27. Schott, Augustus Fiduciarius: Res, quae fund.
bonum recipiunt. Progredi, gess oratio ne
solummum in dicit.

28. Schott, Augustus Fiduciarius: Specimen iuris Sacrae
quo naturam pignoris Germanicis rite approborum
cum fortis to penes creditorum intercedere jure
lex. Nec. hanc multam esse, donec multas. et dux.
Const. Sac. Nec. 26. p. 2.

29. Schott, Augustus Fiduciarius: De negotiorum gestoris
et calponi remissione praestandum obligacione

30. Schott, Augustus Fiduciarius: De probatione conditio-
nis in delicti vita suscipienda.

31. Schott, Augustus Fiduciarius: De prescriptione iuris bona
sub pacto de rebus deo alienata reliquidi ad lant.
Sax. Nec. I. p. 2.

32. Schott, Augustus Fiduciarius: De successione filiorum
in res uteriles maternas ex iuribus civitatis
Frederici ac Lipsiensis

1767.

33. Schott, Augustus Triducius: De vero actus et vice
discriminare et cap. 1. pr. II. de eis qui praed. sunt T. 4
34. Segerus, Ioh. Theophilus: De Leonis philosophi consti-
tutionem novellam et anchoritatem YII.
35. Segerus, Ioh. Theophilus: De constitutione veterum jurecon-
sulorum in conjugendis nominibus ac rei diffe- 42
nitioibus.
36. Segerus, Ioh. Theophilus: Vix est facultas clausulae
codicilliariis testamento destituta 43.
37. Segerus, Ioh. Theophilus: Variæ juri civili obversio-
nibus
38. Siegitz, Christianus Ludovicus, fac. ius. procuratorius: 44
De investitura cum aqua. Programma, quo solemnia
doctoralia Ioannis Wulffii Gutmanni indicit
39. Thomarius, Franz: De iuribus patris et consueta
terna et exprimis quod et jucundam decimam trans- 45
actio nem, ac ad recipiendum tributum a magistrata
compelli negat. Programma, quo solemnia ducta.

rolia faciat Thomas Gauthier indicet.

40. Zollerus, Fr. G. : An donatio inter vivos
legitime facta ob supervenientiam liberorum
resocari possit?

41. Zollerus, Fr. G. : An intercessio feminae
post mortem mariti sua iuramento facta valeat?

42. Zollerus, Fr. G. : An usus fucelas peculii
adventicii liberorum, si pater bonis censit, ad eum
concursum referri possit?

43. Zollerus, Fr. G. : Utrum ex cambio, probata
verione in rem, contra dictorem, qui nondum
superavit annum vicesimum quinque actatus
cum effectu agi posset.

44. Zollerus, Fr. G. : En quo tempore usus ac
impenderans sint pendentes?

45. Zollerus, Fr. G. : Ne privilegios fundo a thaeutiis
ad subiectam facili non extendendis in specie
circa subfalsa Tuzatica.

1117. Tropaeolum majus L. - L. und
S. sind wahrscheinlich die gleichen, nur dass die
Blätter verschieden sind. Die Blätter sind einfach, mit
ausgeprägtem Mittelnerven und sind ganz.

1118. Tropaeolum majus L. - L. und S.
sind wahrscheinlich die gleichen, nur dass die
Blätter sehr unterschiedlich sind. Die Blätter sind ganz,
die Blätter sind einfach, mit einem zentralen Nerven und
einem deutlichen Mittelnerven, die Blätter sind einfach,
mit einem zentralen Nerven und einem deutlichen Mittelnerven.
Die Blätter sind einfach, mit einem zentralen Nerven und
einem deutlichen Mittelnerven.

Tropaeolum majus L. - L. und S.
sind wahrscheinlich die gleichen, nur dass die
Blätter unterschiedlich sind. Die Blätter sind ganz,
die Blätter sind einfach, mit einem zentralen Nerven und
einem deutlichen Mittelnerven.

Tropaeolum majus L. - L. und S.
sind wahrscheinlich die gleichen, nur dass die
Blätter unterschiedlich sind. Die Blätter sind ganz,
die Blätter sind einfach, mit einem zentralen Nerven und
einem deutlichen Mittelnerven.

10157

1767,1.

MEMORIAM
AKERMANNIAM

IN AVDITORIO PETRINO

DIE XIV. FEBRVARII HORA IX. RECOLENDAM

INDICVNT

ORDINARIVS
SENIOR CAETERIQUE FACVLTATIS
IVRIDICAE ASSESSORES

RHAPSODIA

*Quaeſtionum in foro quotidie obvenientium
neque tamen legibus -decifarum*

Collectio XIV.

LIPSIAE

LITTERIS VIDVÆ LANGENHEMIAE.

1767.



OBSERVATIO CCLIX.

In variationibus et contradictionibus delinquentium atque testium non omnia nimis rigide ad viuum resecanda.

Tortura in locum purgationum vulgarium reducta.

Nemo facile dubitauerit, reum criminis, si saepius sibi contradicat atque in rebus ad causam quam maxime pertinentibus, quae necessario ipsi constare debebant, haesiteret, non tam ob hanc solam haesitationem, quam potius, si praeter eam alia indicia vel leuiora acceperint, torturae subiiciendum esse. Animaduerti tamen, hanc regulam, quae ipsa non omni exceptione maior est, eos non satis cauta circumspectione applicare, qui ab inquisito hoc sere exigunt, ut horam, diem ac leuissimas locorum, personarumque circumstantias dìgito enumereret, et tanquam frequenti repetitione memorias has firmiter impressisset antea, sine villa cunctatione recitet. Siccine putas quemquam statim in numerato habere res nauci ut plurimum, quas nemo, nisi qui valde sit non solum memoriosus, verum etiam ad haec notanda otiosus, obseruauerit. Volunt tamen illi reum omnia verba, quae ipsi aut alteri exciderunt, imo syllabas tenere. Vae misero si dubitet aut sibi contradicat! illico enim ad forcipes, ad equaleum conclamat. Fassus mihi nuper vir quidam experientia clarus et iudicio excellens, se, quoties talia audierit, animo suum casum et fatalitatem graphice saepius sibi depinxisse, quam habiturus esset, si occulti criminis innoxius accusetur atque ipse respondere iubetur de rebus iam dudum memoria elapsis. Neque enim se dies obseruare solitum, quid? ne annos quidem, neque in vita quotidiana, quae heri egerit aut pridie, vbique satis certe scire, sed reprehendentibus hanc negligentiam atque incuriam familiaribus suis, se facile in rebus huiusmodi quaedam confundere. Attamen non tam hoc exemplo, ut minus delinquentibus variationes vitio vertam, quam potius meo sensu, in primis autem Itali sapientissimi verbis admonitus sum. Nempe illusterrimus Marchio DE BECARIA Mediolanus in libro *de Delictis et Poenis* nuperrime edito, verbis germanice versis ita philosophatur. *Man erkennt die Folter zu, weil der Angeklagte in Widersprüche verfallen; gleichsam wenn die Furcht vor der Strafe, die Ungewissheit, die Feyerlichkeit des Gerichts, und das große Ansehen, so sich der Richter giebet, nicht die furcftsame Unschuld sowohl, als das*

Verbrechen, welches sich zu verbergen suchet, zu Widersprüchen verleiten müsten, und als wenn die Widersprüche, die dem Menschen bey völliger Gemüthsruhe so oft entfahren, einer Seele, die gänzlich in den Gedanken, sich aus einer bevorstehenden Gefahr zu retten, vertieft ist, nicht vervielfältigen müsten. - - - Strenge Gemüther, die, ohne auf menschliche Schwäche einen Blick zu werfen, mit der Folter ihr Spiel treiben, solten billig beberzigen, dass die Peinlichkeit ein sicheres Mittel sey, schwächliche und empfindliche Unschuldige zu verdammen und starke Büßewichtiger von Strafen zu befreyen. Von zweenen Menschen die gleich unschuldig oder schuldig sind, wird der Starke und Mutige losgesprochen werden, der Schwache und Furchtsame aber unglücklich seyn. Jeder Richter, so einen Angebschuldigten zur Peinlichkeit verdammet, spricht in der That nichts anders, als folgendes, zu ihm: Wirst du stark, verstikt und hartrückig seyn, so wil ich dich von aller Strafe frey sprechen; bist du aber furchtsam, empfindlich und zu schwach, denen Schmerzen zu widerstehen, so wil ich dich verdammen. Vortreffliches Kentnis der Wahrheit, so von den Fibern und Muskeln eines Unglücklichen, den man auf die Folter spannet, bergenommen wird. Dies Mittel die Wahrheit zu entdecken, ist ein annoch fortdurendes Merkmal jener barbarischen Verfassung, in welcher man die Feuerprobe, das siedende Wasser, oder den ungewissen Ausgang eines Zweykampfes Gerichte Gottes nante; gleichsam als wenn die Glieder der ewigen Kette, die ihren Ursprung aus Got hat, sich thörichter menschlicher Einrichtung halber alle Augenblicke trennen könnten. Ipse ego ex actis judicialibus multoties obseruavi, Inquisitos in plenissimo confessionis statu, cum mori cuperent, adeoque omnia candide atque sincere affirmarent, quaecunque perpetrassen, multis tamen in rebus iisque, principaliibus, sibi contradicere et res apertas saepe negare, non poenae declinandae causa, quam etiam exposcerent, sed memoriae infirmitate aut etiam iudicis, in examinando aut scribendo non satis prouidi, vitio. Caeterum quod Italus ille ait, in locum purgationum vulgarium substitutam esse torturam, iamdudum probauit inter nostros BOEHMER in Elem. Iur. Crim. Sect. 1. c. 13. §. 229. et GRIEBNER in Progr. de usu tormentorum apud Atheniens. Nec desunt, quibus ordalium superstitio excusabilior videatur quam alea torturae periculosisima. Haec autem, cum non propositum nostrum sed iurisprudentiam legislatoriam tangant, in praesenti non excutiā, imo potius in delictis atrocibus, qualia sunt latrociniū, beneficiū, incendiu[m] tormenta non disuaserim, si modo prouide et timidiuscule omnia prius expendantur, ne ex fragili remedio, sed acerbo tamen, ludus et pila fiat.

CCLX.

*Filius, si vel propriam matrem vel novercam pulsauerit, ob
id a patre exheredari nequit.*

Tametsi in *Nouella 115. cap. 3.* exheres filius scribi poslit, si parentibus suis manus intulerit, facile tamen animaduertimus plurali numero vnum esse Imperatorem non ideo, quod patri, si forte matrem liberi graui iniuria liberi affecerint, exheredationem permiserit, sed vt matri quoque hanc vindictam assereret, si ipsa graui iniuria a liberis caesa sit, nempe vt ipsa quoque eos exheredes scribere posset. Adeoque hic pluralis numerus in singularem reducendus. Non nego quidem maritum etiam caesa vxore iniuria affici, sed talis iniuria, quea indirecte demum patrem ferit, atrox vix putabitur, quae sola exheredationem meretur. Vnde in ea haereo sententia: non licere patri exheredare liberos, sive illi matrem suam sive nouercam verberauerint. In penalibus enim et odiosis omnia coarctanda potius, quam damnosa interpretatione dilatanda.

CCLXI.

*Medicastris pro curatione nec fostrum nec herbarum pretium
debetur.*

Cum quas imperiti homines, credulitate vulgi non raro celebres, temere curationes fuscipiunt, plena tristissimi euentus esse soleant, leges nostrae se contra hos reipublicae hostes iamdudum exarmarunt. Interea tamen non raro quaestio incidit: si voluntate aegrotorum et patro pretio arcessiti fuerint, fostrumne iure perant? Videbantur nobis quondam, si poena legibus statuta ab iis exigetur, de caetero fostrum non incapaces esse; aut si etiam hoc statuere velis, tamen quod sua pecunia ad hanc curationem impenderint, ne fanatis cum vero illorum damno lucri potiatur, hoc saltim iure iis deberi. Attamen re testius perpenfa, nec agyrtis, nec opilionibus, nec pharmacopoeis, neque carnivibus, si chirurgiam aut medicinam fecerint, pro sua opera quicquam exigere permisum, imo ne chirurgis quidem, si interna remedia dederint. Idque eo vsque placuit, vt ne quidem emtarum sua pecunia herbarum, aliarumque expensarum pretium iis adiudicetur, quia ex sua improbitate nemo quicquam consequi debet, *L. 134. §. 1. ff. dereg. iur.* *L. 12. §. 1. ff. de farr. modo,* quod herbarum pretium attinet, pharmacopoeos excipias, quoniam his medicamenta vendendi ius datum atque concessum. Itaque ei, a quo petitur, statim exceptio turpis vel iniuria

stae causae in promptu erit. Sane, quod quis sua culpa sibi contraxit
damnū, sentire non videtur, quoniam satis inter omnes constat, facta aut
data turpiter donata censeri. Vnde recte Facultatis Medicæ Decanus
excellētissimus LVDVIGIVS in Institutionib⁹ Medicinae forensis §.
150. ita scribit: *Medicastri, cum in re illicita versentur, nec soſtrum nec
medicamentorum exhibitorum pretium exigere possunt.* Nos vero nuper
rime nempe mensis Ianuario 1767. ita pronunciauimus: *Dafs Klägers
Suchen, weil er einen Wundarzt abzugeben unbefugt, nicht stat hat, es
werden aber die auf diesen Procesſ verwannten Unkosten billig gegen einan-
der aufgehoben.* Scilicet modi, qui moraliter fieri nequeunt, omnino
sunt natura impossibilibus aequatae, quam ob rem rationes mili sub-
ducere hoc modo liceat: Omnis turpitudo res est moraliter impossibilis,
L. 15. ff. de condit. infitut. Qui vero aliquid sub modo impossibili,
cum harum rerum nulla sit obligatio, promisit, non consensisse vide-
tur, §. 24. *Inſtit. de inutil. ſtipul.* *L. 26. ff. de verb. oblig.* *L. 7. §. 3. ff.
de paliſis.* Ergo cum contraētus in iuris ſenſu nullus interceſſerit, con-
ſequens eſt, neque ex eo quicquam peti poſſe, id quod nobis demon-
strandum erat. Quaeso te, anne ab eo, qui: *dabo decem, si patrem
ferieris, si tuam uxorem per viam noctem cozmodaueris, si nudus in foro
saltaueris,* promisit aliiquid iure exigendum exiſtimas, etiamſi alter
haec impleuerit? Quid quod, si quis curationis nomine agyrae
iam quid dederit, repetitioni locus, quoniam non in dante, fed in
ſolo accipiente, turpitudo ſedet.

CCLXII.

*Iurisurandi delatio super dolo aut blanditiis locum quando ha-
beat?*

Si quis generatiſ dicat: testatorem ad condendum testamentum
alterius dolo aut blanditiis inductum eſſe, fufinere poterit libellus, si
iuriurandum delatum non fuerit, quoniam quales blanditiae fue-
rint? in futura probatione clarius deduci potest. Si autem quis iure-
iurando vti velit, ſpeciatim in libello exprimere debet, quibus potiſſi-
mum persuasionibus alter uſus fuerit, vt iudex, quoniam non omnis
persuasio testamentum vitiat, de blanditiarum qualitate et dolo arbitra-
ri poſſit. Id ſi petitor non fecerit, ob generalitatem libellus reiſicitur.
WERNHER P. 1. *Obſ. 86. et 192.* P. 2. *Obſ. 408.* P. 3. *Obſ. 84.* P. 9.
Obſ. 153.

CCLXIII.

CCLXIII.

*Transactione super debito inita, cuius nomine hypotheca ca-
uebat, expirat hypotheca.*

Nouatio, quoniam ipso iure tollit priorem obligationem et fidei-
ssores liberat, L. 18. ff. de pignor. perimit etiam hypothecam, licet
de ea in libris judicialibus delenda neuter quidquam monuerit, nec in
his libris deleta sit. Tuttissima certe a fideiussoribus ad pignora argu-
mentatio. Habemus scilicet et personas et res fideiubentes, nempe
pignora. Nec obstat L. 9. C. de remiss. pign. neque L. 6. §. 4. ff. de
precar.

CCLXIV.

Laesio minoris restitutionem petentis adesse debuit ab initio.

In contractibus initium spectandum.

Si minor frugali emtione aedes sibi comparauerit, illae vero de-
inde incendio perirent, cessat restitutio in integrum. Nam laesio ad-
esse debet ab initio, quod in contractibus semper spectandum. L. 8. ff.
mand. L. 2. §. 1. ff. de hered. vend. L. 78. ff. de verb. Oblig. in L. 1. §. 13.
ff. deposit.

CCLXV.

Domino iurisdictionis Musicam agrestem locare non licet.

Nemini proutilegium dare permisum, nisi principi, vt etiam cri-
men laesae maiestatis committere videatur is, qui haec imperantis
iura inuidat. Non ergo licet certis quibusdam musicis pro annuo canone
ius concedere prohibendi, ne fidicen tibicens aliquis in capona saltanti-
bus inseruiat: *Ob wohl, weit in denen Policey Ordnungen spätes Nachzehen verbothen, Kläger anführt wie ihm als der Obrigkeit dabin zu sehen obliege, daß die Music in gewissenhafter Leute Händen sej, also deren Verpachtung für eine Policey Anstalt auszugeben sich bemübet, daneben daß in Städten niemand als öffentliche Stadtpeifer aufwarten dürften, für sich anziehet; Dennoch aber und diemal was denen Stadtpeifern als einer rechtmäßigen Zunft in Städten nachgelassen, sich auf die Dörfer nicht erstrecket, und die Ertheilung eines Verbietungs Rechtes für keine Policey Sache zu halten, sitemalen, wenn man auf solche Weise schlüsslen dürfte, fast alles nur mögliche sich unter die Policey Sachen rechnen ließe, übrigens da alle und jede Spiel-*

Spielleute, wenn sie über die Zeit in denen Schenken aufwarten, bestrafet werden können; leicht einzusehen, dass Kläger solchen Vorwand blos zu einen Dekmantel des einzuhöbenden Zinses gebrauche, in der That aber ein Privilegium zu ertheilen, sich ermächtige; mithin dergleichen neue Anlage, wodurch die Unterthanen noch mehr belästiget, auch die wenigen Tage ihres Vergnügens und einer erlaubten Ergötzlichkeit ihnen erschwert werden; zu verlassen bedenklich, zumal da sie seit undenklichen Zeiten sich in natürlicher Freyheit befinden, So ist etc.

CCLXVI.

*Sine mariti consensu curator vxori constitui non potest, nisi aut
cum eo litiget, aut ille absens vxorem deseruerit.*

Res valde dubia, cum BERGER in Elekt. Disc. For. tit. 8. Obs. 5.
p. 300. et BARTHIVS in Hodeget. For. p. 93. contrarium statuant. Nos ita
pronunciaimus: Obwohl kriegische Vormunde keinen Niesbrauch noch Ver-
waltung der Güther haben, sondern bloße Rathgeber zu seyn scheinen, und aber
einen Eheweibe sich auch außer ihren Manne andernwärts Raths zu erbohlen,
nirgend untersaget, besonders aber wenn solche Vormunde nichts zum Nach-
theile des Ehemannes vornehmen, daß letzter hierdurch in seinen ebelichen
Rechten keinem Nachtheil erwachse, es sich ansehen lässt. Dennoch
aber und diepeil ein kriegischer Vormund gerichtlich bestädiget wird,
also derselbe mehr, als einen Rathgeber und bloßen Freund, vorstellet; bier-
nächst nach denen in Teutschland üblichen Rechten jeglicher Ehemann seines
Weibes rechtmäßiger Vormund, Beystand und Rathgeber ist, mithin ohne
seinen Vorbewußt ein anderer dazu nicht bestellt werden mag, weil niemand
sein einmal erlangtes Recht ohne dringende Ursache wider Willen zu
entziehen, auch die Rechts Collegia dieser Meynung beygethan, WERN-
HER Iurisprud. Formul. cap. 1. pag. 26. immosfern allemal, dass der an-
gegebene Actor vermittelst eines mit seiner Principalin Ehemannes Ge-
nehmhaltung ausgefertigten Curatorii sich besser, als geschehen, zule-
gitimire schuldig, ausgesprochen zu werden pflegt, und daher ein Weib
sich außer ihren Ehemanne einen andern Vormund ohne jenes Wissenschaft
und Vorbewußt nicht erwählen, noch der Richter dergleichen bestädigen darf,
vielmehr, wenn es geschehen, alle Handlungen, so sie zwar mit dessen aber
nicht des Ehemannes Zufriedenheit vorgenommen, für unkräftig und nich-
tig zu achten, So ist etc.

CCLXVII.

CCLXVII.

Retractum gentilitium exercet filius licet patris heres extiterit.

Singulare hoc et quasi exceptio regulae, per quam heres venditiones aliosque contractus defuncti seruare iubetur. At filius hic ex propria sua, non ex defuncti persona, retrahit, alias enim retrahui nunquam locus foret. *Torgauisches Auszschreiben tit. Welcher geftalt die Agnaten §. Es sollen.* Clarius ut huius doctrinae rationem, breuiter tamen, commonstrem, ecce: heres praedium retrahens non impugnat venditionem patris, sed retrahendo potius hanc ipsam confirmat, quoniam nisi venditum praedium fuisset, retrahi non posset. Itaque subsistit venditio, filiusque recte et bene eam factam fuisse affirmans ius suum tantum exercet, quod ei ex alienatione natum est, siquidem hoc ei non successio, sed leges singulares tribuunt.

CCLXVIII.

Furtum usus non extra usum.

Licet in furto usus poena quadruplici hodie cesseret, nec huic perfidiae laqueus accommodari possit, tamen omnes reliqui esse eius perennant. Nam, qui commodato non ex voluntate domini, sed aliter quam concessum est, utatur, aut si depositarius rem custodiendam atrectet, casum praestant, quoniam fur de casu tenerit. Itaque qui depositam pecuniam in usum suum conuerit, ad usuras tenebitur. *WERNHER Tom. 3. pag. 215. Obs. 291.* Item contra eum, qui tale furtum usus commiserit, condicione furtiva datur, ad rem restituendam, etiam si illam possidere desierit. *L. i. ff. de condic. furt.* De praeestatione casus autem facilis nec perplexa demonstratio. Rogasti equum, qui te ad agrum tuum duceret. Vbi illuc venisti, placuit ad villam uno ab agro lapide diuerti. Ibi a furibus equus subtrahitur. Prestitum restitues. Nam si in agro substitisses, in quo nulli fures, subtractus equus non fuisset. Imo

E

si paulo

si paulo subtilius rem considerare velimus, quem culpa praecessit, ne quidem casus recte dicitur. Idem plane de *furto possessionis*, quando ipse dominus rem suam ab alio iure possessum v. c. a se huic pignoris loco datam, surripit, dicendum est. Sed ad furtum usus redeo, de quo ante biennium in epistola consultus his verbis respondi: Obwohl zweifelhaft scheinen wir, dass Mein Hochgeehrtester Herr, weil Dieselben eine halbe viertel Stunde lang mit dem erborgten Pferden galopirte, dadurch dessen so geschwind erfolgten Tod befördert haben sollten, zumal da bey dem Aufbauen sich befunden, dass es innerlich nicht allzu gut beschaffen gewesen. Dennoch aber und dieselben eingefehen müssen, dass Sie von dem Herren Grafen von S. das kostbare Pferd unter der Bedingung blos einen Schritt zu reiten aus Freundschaft erhalten, Dieselben nunmehr, da Sie solcher Vorschrift nicht nachgelebet, gesetzt auch, dass das Pferd keinesweges von galopiren gestorben wäre, nichts deslöweniger für allen Schaden, nach Maßgebung L. 16. ff. de condit. furtiu. zu stehn verbunden, So wolle einen Vergleich freundhaftlich anrathen. V. R. W.

CCLXIX.

Herus in iurgio si ancillam se proripere et domo exire imbeat, haec vero id statim accipiat, finitur locatio.

Existimabam quondam, condonandum esse aliquid dominis, adeoque si herus famulum, qui aut plane nihil aut leue tantum perpetrasset, missum faciat, et se proripere e domo, quantum possit, iubeat, accipiente hoc illud, residuum mercedem et victum usque ad tempora locationis finita peri non posse, quoniam in L. 3. ff. de diaort. ita scriptum: *Diuortium non est, nisi verum, quod animo perpetuum constituendi dissensionem sit.* Itaque quicquid in calore iracundiae vel sit vel dicatur, non prius ratum est, quam si perseverentia apparuit, iudicium animi fuisse; ideoque, per calorem missi repudio, breui reuersa vxor nec diuortisse videtur. Sic vero a diuortiis et sancto matrimonio argumentabat ad contractus, quod iura non sinunt. At voluntate vera, quae in hero defuisse videtur, inquis, non simulata, contractus dissoluuntur et consistunt. Quid autem, respondeo, disputare

tare refert, an vera voluntas domini fuerit, quam luculentissimis verbis et satis clare expressit. An quia ira furor breuis est? Sane hic non necessarius sed voluntarius furor nunquam excusat. Nec dubito affirmare, plerumque in tali iracundiae calore veram expellendi voluntatem adesse, usque dum, sedato furore, resipiscant. Esto autem, non fuerit vera voluntas, sufficit tamen hoc intendisse herum iurgii, ut famulus crederet, ipsum id serio velle; adeoque in dolo erit, qui nemini patrocinatur. Sane ut voluntas, sic etiam, ut ita dicam noluntas in mente retenta nihil operatur. Turpisimum et indignum bono viro aliud dicere, aliud animo simulate concipere. Igitur re rectius per pensa, famulum puto vel ancillam, si accipiat missionem, omnia in locatione quea sunt promissa iure petere. Si tamen mater familias ancillam suam exire iussit, res aliter se habere videtur, quoniam haec se non matri familias, sed hero et patrifamilias locauit, qui eam non iussit exire. Non negotiam, etiam de hoc aliquantis per dubitari, quoniam reuera (nam haec domestica ancillarum moderamina vxoribus committimus) cum ipsa hera, cuius ossibus quasi locatio haerer, non cum hero, famula contraxit.

CCLXX.

*Dicasteria Facultati Mediceae acta criminalia communicant,
non ad grauandum, sed liberandum reum.*

Si medicus secans dixerit, vulnera per se non lethalia esse, licet signa quaedam imperitiam eius prodere videantur, tamen superuacaneum fore, Facultati Mediceae acta communicare, ut eum culpae redarguant et lethale vulnus pronuntient. Nam quoties medici discrepant, benignior vel vnius, potissimum autem secantis, iudicium idque iuratum praeualeat. WERNHER Tom. 3. pag. 383. Obseru. 13. Ergo non aliter medicorum ordo consulatur, quam si secans duriorem sententiam amplexus fuerit, et de eius sufficienti peritia dubiterit.

Stuprata imprægnationem impune dissimulat.

Sola dissimilatio impregnationis in edito regio de ablatione partus nulla poena vindicatur, sed *§pho* 2. tantummodo dicitur, quae caelauerit impregnationem, partu necato, nullam veniam nec mitigationem poenae vñquam esse habituram. Iraque sola occultatio poenam non meretur. Miraris hoc forte, cum crimen falsi saltim committat, quae virginitatem mentitur; ne quid de tristi euentu dicam, quem haec suppressio veritatis vt plurimum habet. Sed falsum, per quod nemini nocitum, vix punibile. Adeoque si non alia culpa puerperae clandesinae imputari possit, carceres, quos forte iam fuisse sint, aut stupri, quae dictatur, poena hoc falsi crimen facile absorbet.

Iam vero a subtilitatibus hisce nos ad planum conuertamus,
anniuersariae Orationis memores, Hora IX. die XIV. Februarii, qui
Saturni est, a IOHANNE GOTHOFREDO BARTELIO,
Lipsiensis Senatoris filio in honorem Akermannii recitandae, in qua
aequitatem laudis, viris litterarum et in primis iurisprudentiae studia
subleuantibus debitae ostendet. Nos vero RECTOREM ACADE-
MIAE MAGNIFICVM, ILLVSTRISSIMOS COMITES
CAETEROSQUE PROCERES ET STUDIOSAM IVVENTU-
TEM, UT praefentia sua declamantem iuuent et ornent officiose
rogamus.

ULB Halle
003 719 014

3



1078



1767,1.

MEMORIAM

A K E R M A N N I A M

IN AVDITORIO PETRINO

DIE XIV. FEBRVARII HORA IX. RECOLENDAM

I N D I C V N T

O R D I N A R I V S
SENIOR CAETERIQVE FACVLTATIS
IVRIDICAE ASSESSORES

R H A P S O D I A

*Quaestionum in foro quotidie obvenientium
neque tamen legibus decisarum*

Collectio XIV.

L I P S I A E

LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.

1767.

